dei ex abundantia letitie in riſum
excitati ſunt. Dicit eis varardach dux.
Que timor invaſit et vos ridetis. Di
cunt ei apli. Ceſſet timor tuus quia
in ingreſſu nro pax nobiſcum intravit
in iſtam provinciam. Nam hodie inter
mitte perfectionem. craſtina die tercia
hora diei veniet ad te quos premiſiſti
cum legatis indorum qui vobis terras
invaſas reſtitutas imperio veſtro
nunciabunt. et ſolitis tributis additum
referent et paci vre adquieſcentes
condiciones volueritis gratanter
conſencientes pactum firmiſſimum ſtabi
libunt. Simili modo pontifices riſum
levaverunt dicentes. Dne dux noli
credere iſtis hoibus vanis mendaciſſi
mis advenis et ignotis qui ideo aliqua
loquuntur ut non teneantur quaſi explora
tores. Iſti autem dii qui nunquam fallunt de
derunt tibi reſponſum. ut ſis cautus et
ſis ſollicitus. Iſti autem te volunt reddere
ſecurum. Et dum minus cautus fueris po
ſſis ex improviſo acrius laborare. Re
ſpondens autem ſcus ſymon aplus xpi dixit.
Audi me dux. nos advene et ignoti
et mendaciſſimi. non tibi diximus
expecta unum menſem. ſed diximus
expecta unum diem et craſtina die
mane circa horam terciam predicimus
venturos hos quos ipſe miſiſti. Ve
nient autem cum eis indorum honorati
qui pactum ferant conſencientes hoc. ut
ſint tributarii preſtacium amplius quam
fuiſſe noſcuntur. Ceperunt ergo pontifices
inſanire in eos et dicere. Aureas et
gemmatas inter purpuras et auro textas
veſtes inter pateras inter biſſum et
ſericum et omnem gloriam babilonii regni
dii mei ſplendidi divinitatis ſue re
ſponſa dantes dicuntur mentiri poſſe.
Quod blaſphemium capiti eorum redundum
debet. Et iſti pannoſi et perſonam nullam
habentes quos videre vel audire
iniuria eſt. hos dne dux ad iniuriam
deorum non punis. Ridens autem dux
dixit. Hoc eſt magnum quod advene et
pauperes et ignoti cum tanta conſtancia
hoc aſſeverant quod deorum veſtrorum

teſtimonio videtur eſſe contrarium. Dicen
tes pontifices iube eos cuſtodire ne
fugiant. Rndit dux. Ego non ſolum
iubebo illos cuſtodire. ſed etiam vos in cu
ſtodia eritis ut rerum exitus doceat ſi
poſſit eorum teſtimonium comprobari.
Poſt hec iudicabit qui ſint qui merito
debeant honorari. qui vero debeant
condempnari. Factum eſt autem in craſtinum
iuxta verbum aploꝝ. venerunt nuncii
qui miſſi fuerant curſu velociſſimo
in dromedis et nunciaverunt omnia ita
eſſe ſicut apli fuerant proſecuti. Tunc
iratus pontificibus dux. Iuſſit ignem
copioſum accendi ut ibi pontifices
cremarentur. Et hii omnes qui dei aplos
obfuſcare nitebantur. Apli autem proſtra
verunt ſe coram duce dicentes. obſecramus
dne ne efficiamur nos cauſa interitus
eorum. Et qui pro ſalute hominum huc
miſſi ſumus ut vivificaremus mortuos.
viventes occidere videamur. Et cum
pulverem ſuper caput ſuum mitterent et
proſtrati apli dicit eis dux. Miror
vos ita pro hiis intervenire qui nichil
aliud egerunt pomes comites meos
et tribunos et ſatrapas. etiam prima
contulerunt ingenia ut vos incen
derent vivos. Dicunt ei apli. Diſciplina
magiſtri nri hanc regulam tenet. ut
non ſolum malum pro malo non reddat.
ſed etiam bona pro malo reſtituat. Hanc
ſolam diſtanciam inter nos eſſe et
ceteras diſciplinas quia omnes reddunt
malum pro malo. omnes enim odientes ſe odio
habent. nos autem diligamus inimicos
meos et benefaciamus hiis qui oderunt
nos. Dux autem dixit eis. Vel hoc me
permittite facere. ut omnia bona eorum
vobis tradantur. Et cum hec dicet iuſſit
inquiri quanta eſſet facultas pontificum.
Et rndentes tabularii fiſci dixerunt.
Unuſquiſque pontifex unam libram auri in
uno menſe de fiſco conſequitur. Et
computati ſunt et inventi ſunt centum
viginti pontifices templorum excepto
eo qui pontificatus arcem tenebat.
Qui quadruplum conſequebatur in auro
quam ceteri qui inferiores videbantur

License: CC-BY-NC – St. Gallen, Kantonsbibliothek, Vadianische Sammlung, VadSlg Ms. 70, f. f.%2064v – Casus Sancti Galli; Vitae sanctorum (http://www.e-codices.ch/en/vad/0070/f.%2064v)